



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Practice Explicatum

Seu Decisiones Casuum Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos,
& ad Consuetum Referendi Modum accommodatæ

Complectens dimidiam Decretalium Partem, videlicet nonaginta duos
Titulos, nimirum usque ad Titulum XX. Libri de Feudis exclusivè

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1728

Decisio XVI. De Tactu Hostiæ unà cum Calice & Patena faciendo in
susceptione Sacerdotii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62305)

tionis *Chrifticæ*, feu *Chrifticæ* unctiōe aliqua, ſed per *Chrifticæ* ſmarte potius, quàm ſimplici oleo factæ. Unde non eſt, cur dubium, factam reuocemus in Conſecrationem *Epifcopi* adhibita



TITULUS XVI.

De Sacramentis non iterandis.

DECISIO XVI.

De tactu hoſtiæ unâ cum calice & patena faciendō ab Ordinandis in *presbyteros*.

SPECIES FACTI,

Marcellus diaconus, vir ex merito ſuo mihi æſtimatiſſimus & longè chariſſimus, Ingolſtadiō profectus eſt Eufſtadium, ut ſuſciperet Sacerdotium: ſed in actuali Ordinatione cùm ipſi materia remota *Presbyteratus* Ordinis offerretur tangenda, ſcilicet calix cum vino, & patena cum hoſtia, nescio quo caſu vel inadvertentia iſ non tetigit hoſtiam, vel ſaltem ex poſtfacto dubitavit, an tetigerit, licet probè recordaretur, ſe calicem & patenam contigiffe. Vix rediit Eufſtadiō, plenus anxietatibus & inquieta ſollicitudine (licet aliàs minimè ſcrupuloſus) ad me accurrit, mihi que omnem oppidò triftis & turbatus expoſuit conſilii & ſolatii capiendî gratiâ; metuebat enim, ne non fortè propter omiſſum hoſtiæ contactum invalidè or-

dinatus eſſet, & conſequenter, quia in Sacramento Ordinis, præſertim *Presbyteratus*, à cuius valore pendent *Absolutiones* Sacramentales & *Miffæ* Sacrificia, non ſufficere ſciebat probabilem ſequi opinionem, ubi agitur de valore ſuſcepti Ordinis, ſed requiri moralem certitudinem, dubitabat, an non teneretur novam collationem *Presbyteratus* ſub conditione ſibi procurare, ſeu, quod idem eſt, reiterationem Sacramenti Ordinis Sacerdotalis, aliàs, ſi ſemel validè ſuſcepum ſit, non reiterationis, conditionalem perere. Solatus ſum pro viribus anxium, ſed quia, ut docti homines ſolent, nudis verbis acquieſcere noluit, adductis in utramque partem argumentis videbatur accuratius diſcutienda & decidenda

QUE-

QUÆSTIO.

An *physicus hostiæ contactus unà cum patena & calice sit necessarius ad valorem Ordinis Presbyteralis?*

Ita quidem senserunt Philippus Faber, Fernandez, & Bernal apud Diana, quorum auctoritas facit sententiam probabilem: ergo opposita sententia non est moraliter certa: ergo valor Ordinationis sine contactu physico hostiæ est dubius: atqui Sacramentum Ordinis, præsertim Presbyteralis, tantopere necessarium Ecclesiæ ministris, sub conditione reiterari potest, consequenter & debet, ubi valor est dubius. Dein sic argumentantur: Pontificale Romanum præcipit tangi materiam porrectam: sed materia porrecta non tantum est calix & patena, sed etiam hostia: ergo. Denique sic: Christus in ultima Coena, ubi Apostolos ordinavit Sacerdotes, in manus ipsis dedit panem: ergo tactum panis physicum præscripsit. Verum hæc opinio nec ut verè & Theologicè probabilis reputanda est, parum quia ratione solida omnino destituta est, & ab Auctoribus communiter rejecta ac enervata. Siquidem oppositam tenent reliqui omnes, qui hanc quæstionem examinârunt, cum S. Bonavent. Marchant, Wiggers, Palao de Sac. Ord. pu. 4. n. 20. & Escobar. Theol. mor. l. 23. Sect. 2. n. 191. Unde Sotus oppositam sententiam vocat *Scrupulum*. Valentia & Palao cum Valq. & Coninch negativam

ajunt esse habendam *pro certa*, uti & Georg. de Rhodes *to. 2. disp. Theol. tr. 12. in 3. part. Sect. 4. de Sacram. Ord. §. 13. ac Diana p. 10. tr. 16. resol. 88. cum Dicastillo & Præposito scribit, moraliter certam esse*. Boscus habet *pro indubitata*, sicut & Valq. alique. Id verum est, quòd inter Auctores dubium controversumque sit, an *physicus* attactus calicis & patenæ, vel alterutrius, requiratur, vel an sufficiat *moralis*, & nuda ostensio; omnes tamen, qui etiam requirunt attactum *physicum* (quamvis meò judiciò *speculativè loquendo minus probabiliter*) vel *expressè* negant, *physicum & immediatum attactum hostiæ necessarium esse*, vel saltem silent de hoc, quod signum est, eos non requirere attactum hostiæ, sicut patenæ, aliàs id exprimerent de hostia, sicut de patena. *arg. c. nòme de Præsumpt.*

Rationes afferunt omnino graves & solidas, nimirum sequentes. I. nullo argumento verè probabili evincitur necessitas *immediatè tangendi hostiam*: ergo *improbabiliter asseritur*; imò *periculose*, & quia *indè inferretur necessitas reiterandi Ordinem*, non sine nota sacrilegii. Confirmatur: *temerarium prorsus & ad minimum esset in re gravis momenti, & Religiosis, qualis utique est ordinatio Sacer-*

dotalis,

dotalis, aliquid affirmare sine gravi ratione & auctoritate, contra sensum communem Theologorum, Canonistarumque & totius antiquitatis, ipsiusque adeo Ecclesiae, cum sensus Ecclesiae vel maximè ex communi sensu DD. colligatur atque ex praxi Ecclesiae, quæ nunquam voluit reiterari Presbyteratum, licet sciverit, sæpius non contingi hostiam. II. Pontificale Romanum, in quo exactissimè traduntur necessaria ad essentiam Sacramenti Ordinis, nullam facit mentionem tactus immediati hostiæ, sed tantum jubet *cuppam Calicis & Patenam simul tangi*: sed, si necessarius quoque esset tactus hostiæ, facilè poterat, imò debebat, ne deesset in necessariis, exprimere. III. Non est opus tangere vinum, quod in calice contentum cum calice porrigitur: ergo nec opus est tangere hostiam, patenæ superimpositam, & cum hac porrectam. *Antec.* est omnino certum etiam tribus illis Neotericis, à communi nostra sententia dissentientibus, & praxis evidenter demonstrat: consequentia autem & paritas tenet. IV. Ordinatio Presbyterorum juxta ritum Græcorum, apud quos nec porrigitur hostia cum patena & calice, minus tangitur ab Ordinandis, rata habetur ab Ecclesia Latina & universali, hodièque ita Romæ etiam ordinantur, scilicet sola impositione manuum, Sacerdotes Græci teste Card. de Lugo *to. 2. in 3. part. Disp. 2. sect. 5. n. 85. seqq.* Eandem porrectionem omittebat quoque Ecclesia Romana primò &

secundò sæculo Christianitatis teste Marchantio & Hallier: ergo, nisi evidentissimè probetur, ab Ecclesia declaratam esse necessitatem tactus hostiæ, quod minimè faciunt adversarii, is pro necessario nullatenus est habendus. V. Praxis constans habet, ut à multis sola cuppa calicis & patena tangatur, non verò hostia, imò à quibusdam, quibus natura dedit breviores digitos, nequeunt ligatis manibus, quas tunc habent ordinandi, simul tangere. Et Gobat *in Theol. Exper. tract. 8. Casu 4. n. 107.* referit chirographum cujusdam Sacerdotis, viri integerrimi, qui ex officio interfuit Ordinationi multorum centenorum Sacerdotum, ita testantis: *alii physicè attigerunt hostiam supra patenam: alii tantummodo patenam.* Et teste Coninc Episcopi ordinantes, ac Ministri assistentes, non solent esse solliciti, ut tangatur immediatè hostia, minus ut fiat reiteratio Ordinationis non immediatè tangentium; sed hæc praxis tolerari nullatenus posset, si immediatus tactus hostiæ esset necessarius vel necessitate præcepti tantum, ne dicam necessitate Sacramenti & ad valorem.

Tres illi Doctores, eorumque rationes nec attendi merentur. Doctores quidem, quia juxta communem regulam, ut Doctores tam pauci, contra communem aliorum sentientes, concilient aliquam probabilitatem veram & Theologicam suæ opinioni singulari, dubiumque morale faciant, requiritur inter alia, ut nitantur gravi fundamento, vel ratione non faci-

De dissolvenda, cujusmodi neuti-
quam afferunt Faber, Fernandez & Bernal.
Sed dices: etiam Coninc scribit, a-
liquos censere esse tangendam *immediatè*
hostiam: Sotus verò dicit, esse
forte verum, quòd non sit opus tan-
gere hostiam: & Victorellus judicat,
à Valentia haberi pro probabiliore,
quòd requiratur tactus hostiæ: ergo
plures & graves Auctores tenent op-
positam, qui utique reddere possunt
dubiam ordinationem sine tactu ho-
stiæ factam. *¶* Illi aliqui, quos tacitè
allegat Coninc, fortè non sunt alii,
quam Faber & socii jam citati, vel illi
aliqui censent tangendam esse hostiam
per modum consilii, & ad majorem
securitatem, & quia communiùs so-
let tangi, non verò per modum præ-
cepti, minùs ex necessitate ad valo-
rem Ordinationis, quia nullum ante
Coninc ita sensisse constat, nisi for-
tè illos tres, si tamen scripserint ante
Coninc, quod ignoro. De Soto &
Valentia certum est, quòd non stent
pro opposita sententiâ: undè intelli-
gendi veniunt de *physico* tactu calicis
&c. quia complures docebant, &
adhuc docent, sufficere *moralement*.

Sed nec rationes aliquid valent. In
priori discursu negatur imprimis *Ma-*
quia Pontificale exprimit, qualis ma-
teria porrecta tangi debeat, nempe
cuppa calicis & patena, de hostia ve-
rò nec verbulum dicit, & sic, quia
expressio unius est negatio alterius,
insinuat, hostiam non necessariò tan-
gendam. Deinde retorquetur in vi-
no, quòd in calice & cum calice por-
(R. P. Pichler Decisiones.)

rigitur tanquam materia, utique non
tangendum in se & immediatè, sed
sufficit tactus mediatus mediante cali-
ce. In posteriori discursu negatur
Consequentia, quia à diversis non fit
illatio: Christus enim præbuit hostiam
manducandam, quæ manducatio uti-
que fieri nequit sine tactu immedia-
to, Episcopi ordinantes verò panem
quidem porrigunt, at non manducan-
dum ab Ordinandis. Deinde iterum
retorquetur in vino, quòd (si ita voca-
re placet post consecrationem, sicut
Faber vocat panem post consecratio-
nem à Christo jam factam & ab Aposto-
lis manducatam) etiam à Christo propi-
natum est bibendum, & sic tangen-
dum ore: sed propterea non admit-
tit Faber esse tangendum immediatè vi-
num ab Ordinandis. Denique vel Fa-
ber per panem in suo *antecedenti* in-
telligit panem nudum? & sapit hære-
sim, quia jam erat corpus Christi de-
structâ substantiâ panis. Vel intelligit
Corpus Christi? & non est ad rem,
vel debet Faber admittere, quòd in
ordinatione Sacerdotum debeat ipsis
porrigi hostia jam consecrata, & per
manducationem tangenda: quòd uti-
que non admittit.

Ex quibus apparet, sententiæ op-
positæ auctoritatem à communi
sensu reliquorum omnium, &
rationes per earum facillimam disso-
lutionem esse penitus enervatas, uti
& per argumenta allata pro nostra
assertione. Unde apparet non tan-
tùm Marcellum nostrum inani prorsus
& imprudenti scrupulo fuisse vexatum,
sed

O

fed

sed etiam peccatum esse mortale, qui hisce perceptis & intellectis peteret in se iterari Ordinationem Sacerdotalem ex ea solum causa, quod sciret, non fuisse tactam à se hostiam, quia Sacrilegium est iterare Ordinem, etiam sub conditione tantum, sine prudenti dubio de illius valore. Quid ergo dicendum de illo, qui tantum dubitat, vel timet, vel putat, hostiam à se tactam non esse? Ulterius infero,

nec obligationem tangendi physice hostiam & immediate sufficienti probabilitate niti, consequenter etiam scilicet hunc immediatum tactum committi posse sine peccato; quamvis suaderem ego, si recordetur ordinandus, ut etiam hostiam tangat cum patena, si commodè possit. Vide Gobat à n. 102. ubi simillimum nostrum casum similiter resolvit.

TITULUS XVII.

De Filiis Presbyterorum.

DECISIO XVII.

De Dispensato in defectu Natalium quoad Ordines sacros.

SPECIES FACTI.

Alipius Parochus alebat in Studiis adolescentem egregie indolis & optimorum talentorum, quem voco Amantium. Aliquando conveniebat Professore Amantii exploraturus, qui se gereret: optime, reposuit Professor, optime se gerit, excelsit ingenio, eminet probitate, & industria, conspicuus est præ cæteris facilitate, humanitate & comitate morum, adeo quidem ut spectatis omnibus parem vix, vel ne vix quidem habeat, spemque maximam de se præbeat, quod

in insignem aliquando virum sit evasurus. His laudibus captus Alipius continere se amplius non potuit, sed candidè ac disertè edixit: *celare & negare non possum, Amantius est meus filius*: cogito ipsum, quod & ejus desideria collimant, promovere ad sacros Ordines. Si hoc, excipit Professor, opus habet dispensatione Sedis Apostolicæ, præsertim si hic natalium defectus est notorius. Libenter, regerit Alipius, hanc ei procurabo, nulli parcam labori, nullis sumptibus.

Ob-